

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII





Carmina gratulatoria

In honorem nuptiarum

Humanissimi & literatissimi viri

Dn. M. ABRAHAM
HAMI VVUNSCHAL
Di Sponsi, collegæ scholæ
Torgentis fidelissimi

Cum

Honestissimâ ac pudicissimâ feminâ

MARGARETHA
Prudentissimi integerrimiq; Viri
NICOLAI BERGERI
Iudicis quondam in Domitsch hereditarij relicta viduâ,

Conscripta à singularibus
Sponsi amicis.

WITEBERGÆ,
Typis Meisnerianis,
ANNOM. D. C. VI.





AD M. ABRAHAMVM WVNSCHALDUM SPONSUM.

SI tibi tercentum meditarer carmina, Sponse,
Inq; tuum totum ferrem Heliconatorum:
Hoc nihil ad voti faceret magmenta, quod optas:
Vota preces longas & breue carmen amant.
Illas ex animo diuinis offero verbis;
Hoc tibi vix octo consecro versiculis.

CRESCITE felices, & **M**ULTIPLICAMINI, aman-
tes:

Hæc est summa mei carminis atq; precum.

Fridericus Balduinus D.

Respiciant alij positum stellantis Olympi,
Quando novum thalami fœdus inire parant;
Inq; sua exoptent plenis exordia votis
Aspectum Veneris munificumq; Jovem:
Tu potius **VV**UNSCHALDE, sacram ut procumbis
ad aram;
Ad tuaclementem cepta precare Deum.

Hic te multorum patrem ABRAME, feracem
Gemmarumq; tuam MARGARIN esse, dabit.
Gemmarum, quaecunq; tuosint gaudia cordi;
Ornamenta solo, lumina grata polo.
Pendeat hæc collo multis gravis UNIO gemmis:
Thesauro tali dignius ecquid erit?

Tob. Tandlerus. Med. D. &
Mathem. Prof. publ.

Pulveris an scholici minus est? uxorne petenda
Insuper, & curas accumulare placet?
Dixerit insipiens, fœdæq; libidinis emptor
Ista, Deum contra, juraq; sancta tori;
Ut pius & prudens non Tu VVunschalde: labores
Ilicet Herculeos confiteare scholæ;
Attamen in Costâ solamina blanda parari
A JOVA fesso, non renuenda, putes.
Gratulor hanc mentem: tum connubialia jura
Fauſta precor post, an non ita rere, rogo:
Pulveris & scholici satis est; uxorq; petenda
Insuper; & curas exonerare placet?

Præd Non. Junias anni. cl. lxxvi.

M. Henric. Hölſcher Osnab. VVestpb.

Schol. VViteb. opid. Rector.

TE mibi quem Pietas, TIBI me quem Candor, & ille
Coniunxit menses tot veteranus amor,
Fuisse-

*Fußerat in medio luctu, dum nenia Fratris
Cantatur, thalamo vota litare tuo:
NUMINIS AVSPICIO postquam, VV UNSCHAL-
DE, maritum
TE sacra MARGARIDOS nuntiat ara novum.
Omni si, tacitâ de TE quæ mente revolvo,
Ludere quis chartâ liberiore daret!
Si TE, si SPONSAM meditor, duo pectora junctim,
Ambigo, quid potius, TEVE, TVAMVE canam?
Quodq; rei caput est libem: quâ compare dignus
Vivas, quo vivat compare digna fuit.
Nulla sui sexus, quam non ex-sculpserit asse,
Est virtus: tantâ dote Marita datur!
Et quæ conciliant alijs, ut amentur, in ILLAM
Omnia, ceu cornu divite, mista fluunt.
Rara pudicitie laus est hoc tempore, rarus
Est pietatis bonos: hoc sed utroq; cluit.
Hanc stabili DEUS uxorem cui iungit & unit
Connubio, Crassi, quæso, quid optet opes?
Prævalet hic precio preciosior VNIO: fluxum
Est reliqua, & vitæ per breve gemma bonum.
PRONVBE CHRISTE, TVIS HÆC CORCULA BI-
NA SVBVLNIS
IN SEROS NVMERENT PROSPERA FATA
DIES.*

Sincero ex corde, amore non fucato devotè precor

M. Abrahamus Meznerus Fribergensis, Aff.

A 3

Matris

Matris Acidaliæ statuam cordata vetustas
Sic grauis exsculpsit iudicij indicio.
Quod sedeat circa virides fluuiatilis vnda
Ductus, qui strepero murmure semper eant.
Indigitans: sicut sylvarum ligna retundunt
Vulcani affulsis debile robur aquis:
Sic etiam miseræ damnata incendia mentis
Sopiri infesto, quod movet vnda, gelu.
Ecquid tu *VVunschalde* igitur molimine raro
Attentas, & quò cepta superba premis;
Anne Pyrenæi Soboles operosa furoris
Vulcani cedit ausibus igniferis;
Tunc refulgentis rutilantia lampadis ora
Oppostâ extingues (heu tua fata) face;
Ecce tuo lateri quæ nunc iungenda marita est,
Liquitur ignitâ saucia corda face.
Te quoq; *Sponsæ Venus* ferventibus virere flammis
Instat, corq; novo tabet ab igne tuum?
Cur ergo flammæ ignitam superaddere flammam
Pergis, & ignitus ducere flammigeram;
Cur alia haud crudo quartis fomenta dolori,
Cur non diversam pergis inire viam;
Numne venena paras diris prohibere venenis,
Quod medicæ faciunt turba perita scholæ;
Hem rectè sentis: *Veneris* non tollitur æstus,
Ni tibi pœcla puer temperet *Idalius*.

Cedat

Cedat perplexis erioribus acta vetustas
Cedat, naturæ tollitur ignis aquâ.
Infestæ Veneris flammæ reprimuntur ab eius
Æstu, quæq; facit vulnera, & ipsa fugat.

M. Hermannus Samsonius Rigâ Livonus.

M *V*sis amico quid dare deneget
Numen triumum? Te immemori mori
Famâ beavit, quam corona
Palladio peperit triumpho.
*M*usis amici en digna laboribus
Remuneravit dona Scholasticis!
En pulcra Gratiarum amanti
Gratia connubio locatur.
*G*aude pudoris virginei, dato
Flore, Abraham, cui Iustitiæ soror
Fides, fidelis cui verenda
Est Pietatis amor decori.
*S*it grata Semper, Semper amabilis
Marita Sponso, Sponsa reciproca
Ardeat in Sponsam fauilla
Feniculi diuturnioris.
*S*ic auspdatum coniugium, optimâ
Sic cepta cedent coniugibus viâ:
Sic experimini Jeboue
Largifluam benedictionem.

M. Esaias Baummannus
Dresd. LL. stud.

T 748-

Τηκεδόνι συγεῖν μελέων ἐξείλετο θυμὸν
Νῆσθ' ὅταν. Ψύχει Μάργαρον αὐτὸν ἀνά.
Τηκεδόνι σῆθος γε δαμλὺ γῆν, σείο, ἔρωτ' ὅ.
Μαργαρίτη ψύχοι ἐκ Ἀβραάμε, τεή;
Ναὶ ψύχει. Ψύχοι σέο, σαυτὸν, Μάργαρον αἰέν,
Μάργαρον ὡς σοι ἔμεν, νυμφίε, δεσμὰ γάμω.
Μάργαρον, ὡς σοι ἔμεν μὴ κόδωξ νόσφι γάμοιο,
Σείο, λιτήσι θεὸν παμμεδέοντα καλῶ.
Μάργαρον ἔτω γὰρ μάλα σῆ, κυδῆεν ἐσείτα
Μάργαρον ἠδὲ τέιν, μάργαρον ἠδὲ θεῶ.

M. Johannes Ringenhain,
Sponsi conc.

FINIS.



M. Elias Baumgarten
Dresd. L. B. 1744.

Be 231.

8

Db.

ULB Halle 3
002 690 756




56.

VD77







53. LIII LIII.

55



Carmina gratulatoria

In honorem nuptiarum

Humanissimi & literatissimi viri

Dn. M. ABRAHAM
HAMI VVUNSCHAL-
DI Sponsi, collegæ scholæ
Torgentis fidelissimi

Cum

Honestissimâ ac pudicissimâ feminâ

MARGARETHA
Prudentissimi integerrimiq; Viri
NICOLAI BERGERI
Iudicis quondam in Domisch hereditary relicta viduâ,

Conscripta à singularibus
Sponsi amicis.

WITEBERGÆ,

Typis Meisnerianis,
ANNOM. D. C. VI.



53.